

100

Folium .lxxxij.

preferenti. Ale ad celestia subleuanti. Bitumini animā deo cōiungenti. Clauī celum aperienti. Cozone mentē decoranti. Capiti sensum ⁊ motum influenti. Caritas enim influit sensum id est rationem merendi aliis virtutibus. Influit etiam motum. i. affectum mouendi meritoꝛie di ei mentem illumināti. Chori thronum deo exhibenti. Fumi deo attrahenti. Firmamento aquā voluptatis ab aquis eternitatis diuidenti. Fonti mentem irrigāti. Sēme animā ornanti. Gladio flammeo paradisum custodiēti. Igni affectum accedenti. Iugo suaviter prementi. Māne de celo descendenti. Rose rubenti. Radici humorē gratie quem a summo trahit ad virtutes trāsmittēti. et sic nutriant et conseruentur in bono. Soli fulgēti. Thesauro latenti. Vinculo ratiois omnes diligēti. In dilecto colligenti. Vinomebrianti. Velli peccatoꝛum multitudinē cooperienti. Vngento vulnera letalia curanti

De excellentia caritatis Caplm .xxxij.

Caritas excellit alias virtutes in multis. Primo in dei conformitate. Johānis. Diligam⁹ deū quoniā ipse prior dilexit nos. Secundo in spiritali dignitate. Richardus de sancto viatore. Caritas est regula virtutum. Tercio in p̄ciositate. qz est aurum de ephir. Quarto de speciositate. qz est planeta veneris et anime pulchritudo. qz sicut pulchritudo exterioris hominis est ex decenti mēbrorum ordinatōe ⁊ venustate coloris. sic pulchritudo anime est ex decēti ordinatōe actū et habitu venusto. hoc aut facit caritas in aīa cui⁹ actus ordinatus est et venust⁹ habitus. Quinto in supportatōe laboris. Aug. Omnia graua et inania leuia facit amor. Sexto in vigoroſitate. Lan. Fortis est vt mors dilectio. Septimo in vtilitate. Aug. Habe caritatē et fac quicquid vis. Octauo in dulcedine. qz caritas s̄m actū suū facit delectari nos in deo nō solum in patria sed etiā in via.

De signis dilectionis Capitulū .xxvij.

Signa dilectionis sunt. quia amicus amicum libēter audit. libenter de ipso loquitur sepe de ipso cogitat. Sine tedio sibi obsequitur. Corpus et res p̄ illo exponit. Offensam cauet. offensam placat. Cogaudet p̄speritati. cōdolet aduersitati. Gaudet de sua p̄ntia. dolet de absentia. diligit et odit hoc quod ille. Conatur ei placeat. timetqz displicere. Trahit alios ad eius amicitia. munera ab eo data non alienat. Cōsilijs suis acquiescit. petit ab eo fiducialiter. **Q**ualiter quis scire possit vtrum habeat caritatem. Nota q̄ quidā sciunt se non habere caritatem ut qui sunt in actu peccādi vel in p̄posito. Quidam dubitant se habere quia ratioes habent p̄ vtraqz parte. vt sunt illi qui incipiunt facere illud quod in se est. Quidam putant se habere. sicut qui multa bona opera fecerunt. et diu abstinerunt a peccato. adhuc tamen sustinent motus temptationis et ymaginantur turpia